

Capitu. Primum

bis in omni seductione. Et apocal. xij. dicitur
q̄ data est ei p̄tās & signa facere & p̄digia. ita
vt ignē faciat descendere in terrā in aspectu homi
num. vt seduceret gentes. Eligit enim aliquos
pr̄ ceteris fautores sue malicie. quos vt ap̄los
suos mittet p̄ orbem ad p̄dicandum. sup̄ quos
opere diaboli faciet descendere ignem de celo. vt
quasi sp̄lūns sanctū acceperint. Qui & ip̄i ope dia
boli p̄digia facient. Et descendendo ad practicā
leati vincent̄. post̄q̄ sui predicatorēs. p̄nuncia
uerint doctrinā ait̄ christi vt veri filii dei. dicēt.
Et nō dubitetis de veritate doctrinæ nostræ. ec̄
ce miraculis confirmabim⁹. Accedant infirmi
aliqui sc̄z in quos diabolus immittet infirmita
tes. quaz sc̄t curationē. & eos publice sanabūt.
Et si quos sanare nō potuerunt. dicēt ex delectu
fidei eoz p̄cedere. vel quia male ererent sanita
te. Et quod plus est accedēt ad tumulos & faci
ent eos aperiri. & ostendunt se aliquos suscitare d
notis populo. nō q̄ vere resuscitent. qz b̄ diabo
lus nō p̄t facere. sed assumer diabolus ip̄e cor
pus aerari illius talis noti. & loqueſt̄ ille. di
cens se esse illū & virtute messie false tñ suscita
num. & te alia vita multa dicet diabolus in spe
cie illius. & christū quem coluerunt. Christiani
vt seductorē damnatū. & antichristū verū deū.
Dum ḡ ita sup̄bit impius antichristus. incen
ditur paup. fidelis illuminat interius a christo
incendit zelo veritatis. tolens & lachrymans
p̄ perditione & seductione tantop̄. Dec tenta
tio utiq̄ marina erit. quia vt dicit greg. in mo
rat. Videbit martyr propter veritatem se extorqueri
sine operatione alicuius miraculi. ad pbandū
veritatem sue fidei. Et econtra tortorem suū ad
ostensionē sue falsitatis miracula facere. O
alis tētatio. Certe vt dicit christus O Ioh. xxiij
Nisi breuiati fuissent dicas illi non fieret salua
omis caro. Nō enī durabit nisi p̄ tres annos
cū dimidio. quanto etiā tpe p̄dicavit christus.
vt halef O an. xij. Et apocal. xij. & xiij. Postq̄
aut̄ antichristus ascenderit in tantā sup̄biam.
vt post simulationē sue mortis & resurrectiōis.
dicat se publice in celū ascensurū. sup̄ montē
oliueti stans fulminabit. vt dicit magister in
histoř. scola. & vinc. Et si nō de modo mortis ei
tñ de morte eius eripie halef O an. viij. & xi. c.
ut si. plenus. & v. thessa. v. Et apocal. xxij. Ante
mortem antichristi resurget Enoch & helias ter
tia & ie post occisionē eoz & publice vocati in ce
lū ascendēt. Tortuo aut̄ antichristo quantum
mūndus sit duraturus incertū ē nobis. Dicetur
tñ q̄ ad min. xl. v. dies dñs h̄ilo seducris. vt re
verti possint ad priam. Ex eo qd̄ dicit O an. xij.
Beatus q̄ expectat ad dies mille trecentos triges
taq̄. Et an ista pom̄ tps p̄secutōis antichri
sti. q̄ auferet iuge sacrificiū christi. numer̄ r̄ic
dier̄ mille duceti nonaginta. i. tres anni. cū dimi

dio. q̄bus addendo. xl. v. fūnt. O cccrrv.

**Titulus. cliii. de dono tu
moris.** Q̄o ad timorē mīta inducūt. L. a. j.

Timor domini est
tonū sp̄lūns sancti quod esaias em
merando ipsa tona ponit in septi
mo loco. Sed hic ponitur in q̄nto.
Et licet multa dicta sint de timore in quantum
est passio in prima parte in titulo de passionib⁹
diffusius tamen hic agetur. & p̄ alium modum
et de multiplici timore. Sc̄iendi m̄ aut̄ q̄ ad ti
morem dñi multipliciter inducimur ex. vii.
Primo ex scriptura theologali. Secundo ex
tatione internali. Tertio ex figura spirituali.
Quarto ex creatura ymuersali. Quinto
ex actione supernali. Serto ex punitione dui
nali. Septimo ex utilitate plurimali. Pro
ximo dicitur Deutero. r. quid petit dominus a
te nisi q̄ timeas dominum deum tuum & am
biules in vñs eius. & diligas euz ac seruias ei in
toto corde tuo. & i tota anima tua. & serues m̄
data ei. p̄s. xxxij. Venite filij audite me timo
rem domini tocelo vos. quis est homo qui vult
vitaz. s. gratie & glorie. diligit dies videre bonos
sc̄z in gloria quali dicat. timor dñi est initium
huius. Et signa eius sunt. declina a malo. quia
timor domini expellit peccatum. Ecc. j. Et fac
bonum. quia qui timet deum faciet bona. Inq̄
re pacem. quia timor domini quasi paradisus.
Ecclesia. xxiij. qui est locus quietis & pacis. chri
stus in euangelio. Limete eum qui p̄t anima
et corpus perdere in gehennā. O Ioh. xxij. decimo
Principes apostolor̄ ait. Veum timere. i. pet. q̄
Hern. sup̄ cañ. In veritate compéri nihil cē ita
efficac ad gratiam p̄merendam retinendā. res
cuperandam. q̄ si omni tempore coram deo in
ueniaris. nō alta sapere. sed timere. Beatus hie
ronimus in epistola. Timor custos est virtutū
Secundo ratio interna nobis suader deum
summe esse timendū multipliciter. Dictat enī
ratio vt timeat̄ qui superior est. qui nocere seu
flagellare potest. nec valet ei resisti. Deus igitur
cum sit summus dñs dominorum. nec possit ali
quis resistere potestati vel voluntati eius. ideo
merito timendus est super omnes. Hanc ratio
nem tangit moyses Deutero. x. Qui cū admis
susset populim. dominum deum timere. Sub
dit quasi pro ratione. Ip̄e est deus deorum. et
dominus dominantium. deus magnus potens et
terribilis. O n̄ & malach. i. dicitur. Si ego domi
nus rex sum ubi est timor me⁹. Et hieremi.
xv. Quis nō timebit te o rex gētū. Si demones
contremiscunt vt. asserit Jacobus in canonica
sua ad potestatem eius. cui nō est potestas simi
lis sup̄ terram. quantum delet timere plenus

Titulus XIII

fragilitate. **A**lia ratio qz p naturaliter timetur a filio cum ratio t'ceat qz habet post teum. esse ab eo. **S**ed nunquid ipse deus non est patertu? qui possedit. fecit. et creauit te. a quo omnis pater nitas in celo. et in terra nominat. **N**eque ego enim spūm et animam tonauit vobis. et vitam et singulorum membra nō ego compagi. sed creator omnium qui formauit hominis natuitatem inq̄ illa sancta mulier filios portata ad martyrium. q. **I**acob. viii. multo ergo magis deus telet timori. **V**ocet etiā ratio timere multum. cū opozet eum reddere rationē coram presidente qui omnia nouit. et nūl inultum pmittit et pripue cū conscientia remordeat multa mala fecisse. et inlata debita ptraxisse ex iniqtate pfecta. **D**ñi. b. gregorius in moral. **J**usti omne quod agunt mentiuntur. dum caute siderant ante quem iudicetz stabunt. **T**ertio ex figura spūali volens deus inducere populum suum ad timorem dñi antequod daret legem decalogi scz per angelum suum terruit eos. quia mons sinay videbatur ardere coruscationibus. et audeabatur sonitus buccine ppter qd cum populus esset exteritus dixit in oxyles. **D**icit pbarer nos dñs venit cum terrore. et terror eius esset in vobis et non peccaretis. **E**xodi. xx. **O**bvi inuitur q per metum inducuntur homines ad seruandum leges. **V**nde ysidorus in libro ethiologiarum. **F**acte sunt leges ut earum metu humana coerceatur audacia. tucaqz sit inter improbus innocētia distinctio. i.e. iqq facte. **E**t quia permanime oportet seruare leges decalogi ad quod inducit timor dñi. ideo per ea que a deo procedunt timorem incusit scz coruscationez. voces buccine et alia terribilia. Item mandauit dñs. **D**euteronom. xxiij. Non accipietis loco pignoris molam superiorē et inferiorem. in quo figurabatur q semper quis telet se cum habere sicut spēm. ita et timorem nā mola superior figurat timorem. quia sicut mola superior deprimit materiam molendam ne eleuetur. ita mola inferior retinet ne in ynum descendet et pereat. **V**nde figurat spēm. Timor ḡ dñi deprimit intentē ne in bonis opibz que facit eleuet. et de se presumat. **E**t spēs subleuat. ne desperatio in inferno cadat. **N**ō ḡ ista duo sunt alteri locanda. sed semp secū possidēda. **D**ñi. b. gregorius dicit q penitens inuenit inter timorem et spēm. **N**ec est alia quod ait Boetius de philo sophica solatione scz pelle timorem spēm q fugato. loquit enim de spe vana. et timore inordinato. Item in huius figuram halet **B**en. xij. q Abraam tetendit tabernaculum suū. et habitauit. habens ab oriente lethel. et ab occidente hay. **E**t figurat q homo iustus telet timore habere in prosperis et spēm in aduersis. lethel enim interpretatur tonus vel habitaculum dei. et significat patriam supernam quam quis telet co

templari in aduersis ad spēm habendā ut roboretur. **H**ay interpretat vita vallii vel abyssus. significat vitā peccatorū et abyssus significat infernum q quis telet recognitare in prosperis ne eleuetur in superbiam. sed timeat futurum iudicium et infernum. **Q**uarto inducuntur ad timorez domini ex creatura vniuersali. **S**icut omnia invitant nos ad amandū deum. quia omnia sunt facta in obsequium nostrum. sicut beneficium inuitat bñficiatum ad diligendū bñfactorē. ita et omnia creata inducunt nos ad timendum deum. **L**et lum et terra inquit. b. **A**ug. in li. confessioni et omnia que in eis sunt. mīhi vndig clamat et clama re non cessant. ut amem te domine. quia cū lumen sit q omnia appetunt et amant scđm phislophum. et omnis creatura bona est. nec aliun te habet suam bonitatem nisi a deo prima causa omnium. **O**mnis autem virtus et bonitas cuiusque effectus sit in sua causa et pfectio modo quia nemo dat quod non habet. et potioz est causa effetu. ideo omnis bonitas et perfectio est in deo. et hinc creature indicando nobis summaz di bonitatem ad amandū eum sup omnia invitant. et p consequēns ad timendum. **N**am omnis amans est timens. et quanto quis plus amat aliquid. tanto plus timet illud amittere. et ptez de substantia temporali. et filijs. et alijs rebo. sicut ergo inuitant creature ad amandū ppter suam inimicam bonitatē. ita et timendum ne eū offendamus et amittamus tam infinitū bonū. **I**nvisit etiam p alium modum ad timendum tecum creature. quia omnia elementa et que in eis sunt. punita sunt in peccato primi hominis ppter qd dixit deus ei. **T**aledicta terra in opere tuo spinas et tribulos germinabit tibi Bene. iij. Et multa animalia bruta facta sunt nocua homini. et rebellia. ppter peccatum. et fructus terre minus boni. **N**ec etiam tantā lucem. et pfectum ex corporibus celestibus habemus. Si ergo ppter offendam dei etiam punita sunt que nō peccauerunt. quanto magis quis telet deum timere ne offendat seuerum mali vltorem. **I**nducunt etiā ad timendum quia ipse deus ut dicitur. **S**ap. v. **M**irabit creaturam ad vltionez inimicorū eius. **E**cum omnia paueat et oleidian ad nutrī eius. multo magis homo hoc telet agere. q plus recipit et ratione fulcitur. **V**nde angelus clamabat omnibz gentibus dicēs. **T**imete dominū et adorate eum. qui fecit celum et terram et omnia que in eis sunt. **A**poca. xiiij. **Q**uinto ex operatione supernaturali. scz miraculorū. p. br. **T**urbabuntur gentes scz ad penitentiā et timebunt q habitant terminos a signis suis. scz miraculorū qui habitant terminos scz usq; ad habitantes usq; in extremis terre. **C**um enim viderent hosties fieri opera. que nullus hominū facere potest. necdū gentiuz demonia. nec tota virtus nature create

Capitu. Secundum

sc̄ cecos illuminari, demones effugari mortuos
fuscati corpora celestia a solito cursu imutari
ad petitionē Iosue & zechie, varias infirmita-
tes subito curari. Ibi etiam reges terre viden-
tes sic admirati sunt, turbati ad penitentiam.
commoti sunt ab infidelitate ad fidē tremor ap-
prehendit eos ad venerandū & colendum, et ad
timendum tantam maiestatem que predicabat
a sanctis que invocabat in cuius virtute totum
agebat. Cū enī illi qui nauigabant cū Jona
tempestati in mari orta, solū circa nauū eorum
post missionē eius in mare ut iussent, mare se-
datus fluctus mitescere, timuerunt deū verum
ut scribit Iōne. i. c. Cum vidisset rex darius da-
nielē ppharam missum in lacum leonū, quia
verū deū celi adorabat illesum pmanisse, nec ab
eis in minimo lesum, timuit ipm deū ac publi-
ce mandauit, paueant omes deū danielis & con-
tremiscantur, quia ip̄e est verus deus qui libera-
uit danielē ic. Daniel. vi. c. Christo ieu domino
nistro cuius miracula sunt, ut ait Cris, pelagus
imensem resuscitante adolescentē filium vidue
acepit omnes p̄sentes ibi timor, & magnifica-
bant deū. Luc. xvij. videntes turle paliticum sa-
natū timentes glorificauerūt deū. Matth. ix. H̄z
& centurio & qui cū eo erant gentiles in passione
christi, viso terremotu, & his que siebant, timue-
runt valde, dicentes. Vere filius dei erat iste.
Matth. xxij. Quis enarrat miracula oia? Se-
rto inducit ad timore dñi multiplex punitio ei-
hiere. q. Arguet te malicia tua, & paulo post. Sci-
to & vide, quia malū est tibi & amarū te dereli-
quisse deū tuum, & timorem eius non esse apō-
te. Deutero. v. Deum tuū timebis. Et infra ne
quando irascatur furor eius ḥstrate, & auferat
te de terra. Eccli. i. Unus enī est altissim⁹ omni-
potens rex potens & metuendus nimis. Quis
enī nō timeat & siderando q̄ terribiliter fla-
gellavit peccatores. Angelos supbientes de ce-
lo precipitauit in infernum, & in demones cōmu-
tauit, primos parentes de paradiſo terrestri p̄
pter inobedientiā expulit, genus humānū ppter
luxuriam diluvio perdidit. Sodomitas com-
bustos igne & sulfure subuertit. Israhelitas pec-
cantes incredulitate & murmure in heremo p̄
straui. David ppter inanem gloriā & populū
suum ppter coniurationē cum absalone contra
eum, peste percussit. lx. milia in triduo infectione
illa peremptis. Ezechiam ppter ingratitudinez
vsc̄ ad mortem infirmū reddidit & sic de alijs.
Et ideo merito sancti clamant Apoca. xv. Quid
rabilia sunt opera tua domine quis te nō time-
bit? Et leatus gregorius. Si placere deo veraci-
ter cupimus, postq̄ subegimus peruersa, etiam
in nobis bene gesta timemus. Septimo et
vltimo ad timorem inducit utilitas copiosa ex
ipso timore prouenies. Deute. v. Quis det eis

talem habere mentem, ut timeant te domine, et
bene sit eis in sempiternum. obstetrices egyp-
tiae hebreorum quia timuerunt deum, obreuer-
tentiam eius non obsidentes mares ut manda-
uerat pharao, dicit moy. q̄ edificauit eis tomos
Exo. i. Siue spūales secundum. b. h̄iero, infun-
dendo virtutes & grāiam. Siue tempaliter sim-
lea, grego, dando diuitias, vt. xxij. q. q. Si quelis
let. Et ecclesiastici. xxxij. Limenti deum non oc-
current mala schicet peccatorum & in tentatiōe
deus lelerabit illum p̄s. Limentes dominū nō
minuentur omni bono.

De timore mundano. // Capitulū scđm.

Timor mundanus
est quo q̄s timet tempalia amittere
vt diuitias dignitates, & huiusmodi
propter quod virandū deū offendit contra eius
mandata faciendo, quod est mortale peccatum
vel cū est ad hoc mente dispositus, cū cogitat si
bi posse accidere. Inde preclunt multa mala,
vnde. b. Aug. sup illud p̄s. Incensa igni & suffos-
sa ab increpatione vultus tui peribunt inquit.
Omnia peccata procedunt aut ab amore male in-
flammate, i. inordineto, aut a timore male hu-
miliante, i. deūciente, p̄ amore inordinatiū dicitur
anima seu opa eius incensa, p̄ timore mundanū
dicis suffosia. Timor enim deūciet & ad yma sub-
mittit. Sed ista cū criminalia sunt, xtiq̄ vibūt
ab in increpatōe vultus dei, i. in futuro iudicio.
Ad pditionē, ii. ducit quod testaf. Jo. apc. xxi
Timidis aut & icredulis homicidis & beneficis,
fornicariis medacib⁹, pars eoz in stagnū ignis
& sulphuris. Q̄ ad multa & grauia scelerā indu-
cat talis timor mundanus, patet p̄ exempla. Pha-
raeo rex egypti quia ex multiplicatione filio-
rum israel in egypto, timebat regnū sibi aufer-
ri, mandauit occidi & submergi mares hebreorū
cum nascerentur. Exo. i. Herodes rex timens ne
puer natus nūciatus a magis rex iudeorū, aufer-
ret sibi regnū, turbatus est, & necem innocentū
percurauit. Matth. ii. Jeroboam rex israel timēs
de accessu populi israel ad hierosolimā, vt adoh-
rarent & hostias offerrent in templo iuxta legē
domini, populus ipse israel amicitia iungereſ
cū tribu iuda. Vnde se subderet regi iuda & ip̄e
regnū amitteret fecit fieri vitulos aureos in
Dan et bershabe terminis ragni israel, p̄cipiēs
populo vt illos colearent & uolarent. iiij. Reg. xij
Pontifices iudeorum timentes ne forte veniret
Romani & tollerent eorum locum & gentē. Ioh-
anan. xi. Consilio te creuerunt Christum occidi.
Sed timentes amittere temporalia & ppter loc
injusticiā cōmittentes, amiserūt temporalia & spūa-
lia, animā & corpus. De his q̄ qui ppter timore
amittendi temporalia vt diuitias, honorem, famam,
& hūmōi offendūt deū, p̄ apte dici illud p̄s. xij.

Citulus.XIII

Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor,
id est vbi non erat ratio timendi. ita videlicet q
pter hoc peccarent. Et ppter. vñ. rônes seu con
ditiones terrenorū. Quia vilia ob ɔditionem.
Quia defectibilia ad pmanstionē. Quia inqui
nabila ad transgressionē. Quia impeditibilia ad
pfectionē. Qz obligabilia ad rationē. Qz nocibi
lia ad felicitatōez. Qz deceptibilia ad pnuatōez.

Primo igitur nō est .§.I
timendum tempalia amittere. vt ppter hoc cō
mittatur peccatum. quia ipsa sūt vtilia. nullus em
curat vel timer amittere vilia. et pcpue cū ex hu
iustimodi amissione pseruet preciosa. sicut pater
in nauigantibz qui non timer vel curant pçce
re merces preciosas in mare. vt pseruent vitaz
que pcosior est. Tempalia bona vocant stercora
in diuino eloquio ppter sui vtilitates. Dicte
enim Ecclesiastici. xxi. De stercore bñum lapi
datus est piger. Piger est qui ob timorem alicu
ius laboris omittit facere bñum quod telet. Tal
lapidatur spñaliter et occidit. Sed vnde de ster
core bñum. ob ista tempalia que timer amitte
re vel non habere que stercus dicunt bñum. qz
scz sancti doctores qui agros mentiuz scindunt
vomere pbi dei. stercus ea reputant id est vilis
fima. Audi paulū egregium predicatorum qd
dicat te huiusmodi ad philippens. iij. Omnia ar
bitror ut stercora ut christum lucifaciaz et inue
niar in illo ad philip. ii. capit. Consideremus
conditōem eorum et videbim' vilitatem preci
pue attenta preciositate spiritualium bonorum
Quid aurum et argentum et alia metalla? Certe
spuma terre. in visceribus terre nascitur. nullā
vitam habent. non rationalē ut homo. non sen
sibilem ut animalia bruta etiā vilissima ut for
mica. musca et vermes. non vegetabile ut arbo
res. et quecumqz herbe vilissime. Quid sericum?
Nonne stercus vermiū vilissimoz? quid restes
lanee? Nonne vellus peccorum? quid placia?
Nonne lapides insensibles. quid agri. nonne
terra. quid gloria tempalis? Nonne ventus? Non
boecius de philosophica consolatione. O gloria
gloria. quid es aliud qz in milibz hñ minu insta
tio quedam aurum. Sed et in compatione pre
ciositatis spñalium bonorum adhuc magis vil
lia apparent. Propter quod dicit sapiens de sa
pientia seu gratia loquens. preposui illa regnis
et sedibus. et diuitias nilyl esse diri in compara
tione illius. nec comparialli lapidem precio
sum. quoniam omne aurum in compatione il
lius arena ē erigua. et tanqz lutum extimabitur
argentum in eouspectu illius. Sapien. vñ. capi
tulo. Cum ergo spñalia bona ut virtutes sunt
preciosissima. et tempalia respectu eoz vilissima
contra omnēr ationē est. vt nō curet qz amitte
re bona spñalia. ppter timore mñdanū ne amit

tanqz tempalia. Et timore mñdano ducti anima
et saphira. timendo videlicet ne totū p̄cium sue
possessiois vēdite ab eis. Petro aplo assignates
vt delebant. nō possent sibi puidere d aliquo cū
supuenirent necessitates. et nō puideres eis re
comunitate ppter paupertatē vel alia causam. qz
retinuerūt sibi fraudulent facientes d pceptuz
aplorum. ad im̄pationē vel increpationē Pe
tri subito mortui ceciderūt. Actu. v. quod acci
dit qttidie quo ad religiosos. qui retinent p̄p
timentes ne eis puidet in necessitate. ideo in
currūt mortē spñalem. xi. q. i. Scim' Doc timo
re mñdano ducta nobilis illa in atraona romana
Lucrecia. timens scz ne filius tarquinj ultimi re
gis romanorū infamaret eā de adulterio. putili
le cōminabat ei. assensit in adulterium. p̄ssime
faciens. Hā vt dicit b. aug. de ea loquens in pri
mo te quietate dei. Ita ne aliquē polluat aliena
libido meus. Sed nō polluit scz q ad animam
si aliena erit. Si polluet aliena nō erit. Virtus
omia mala tolerare. potius q̄ peccato p̄sentire
decreuit. Dec. b. aug. xxxij. q. v. Itane. Ille en
so trepidauerūt timore vbi nō erat timor.
Secundo nō ē timē .§.II
dñ amittere t̄p alia. qz deceptibilia sunt ad feliq
tatem. Hā vident p̄mitrē felicitatē et quietē et
quasi ola. qz vt d̄ ecclastes pecunie obediat oia.
Sed decipit h̄iem. p̄stantes miseria et anxi
tate. Vñ christus appellat diuitias fallaces cui
ait Luc. viii. Sollicitudo huius seculi et fallacia
diuiciaz suffocat h̄bū. Ecce fallacia. qz dicunt ho
mines in se. Si halere diuitias ego esse q̄etus
in mente nō halere tantā sollicitudinē laboran
di. soluendi creditoribz h̄mōi. Sed si stingat
qz haleat. maiore curā et anxietaē h̄z q̄ prius.
in cogitādo q̄no nō amittat. q̄no ipas adaugeat
in quibz expendat et c. Et sic pungit et inquietat
mensa in eius contraria stimulis sollicitudinē
Et ideo ibi assilat eas spinis. quia pungit men
te et tollit quietē. cū adaugeant semp̄sidenū
ad plura. Et ideo d̄ ecclastes. v. Quarus nūqz
implef pecunia sicut nec potibz hydropicus. nec
ariditate. i. lignis focus. hinc et b. amb. nec finis
nec satietas vñqz aderit cupiditati. di. rlx. Si
cut hi. Ibi vide pulcra. falsissimū est aut qz pe
cunie obediat oia. qd tñ dicunt et videt misericordia
in quoz psona ibi loquit Salomō. Hā nec sap
ientia nec scia moralis. nec sanitas. nec pulcritu
do. nec fortitudo corporis pecunia halere possunt.
Sed etiā et multa t̄palia ea sequi non possunt.
Symon magus nō potuit ab aplis pecunia ma
gna oblata obtinere ptatē dandi sp̄msancit
Achab rex israel nō potuit pecunia obtine. naboth
subito vineam suam. Israhelite non potuerunt
pecunia sua a Seon rege amore orni obtinere
eis necessaria advictum Balach rex moabitarū

Capitu. Secundum

non potuit assequi a balaam ariolo magna pecunia ut malediceret populo dei. **O**x. tollant temporalia quiete mentis nota exemplum in li. te. vii. tonis. Erat quidam artifex satis paup subsistens se et familiam suam de labore manu sua propter quod die noctis ei operari oportebat. Inter labores autem suos frequenter cantabat. ob solacium. quod inmodicam anrietatem habebat et quasi nullam temporalib[us] quia eis carebat. **I**uxta domum eius habitabat diues multum. qui ita curis et sollicitudinibus verabat. ut nedum canere sed viridere vel letare o[ste]ndere cingul[us] valeret. **D**unde quasi inuides quieti et leticie paup[er]is imaginatus est et executus. quod posset eius leticiam interrupere et inquietare. **A**ccepit ergo quendam sacculum plenum aureis. et mane quodam eadem hora qua solitus erat egredi domum pauper. paulo ante inde transiens. permisit animam pauperis cadere sacculum illum. et certo loco se firmans ut videret quis illum recolligeret. Ita quod paup[er] cum domum egredere inuenientem sacculo sursum leuat sibi retinetur. Lepitque cogitare quod agere te tanta pecunia debere. timens ne illud sciretur. vel si emeret aliquam magni preti[us] et eum iuspicio[rum] furto oriret. **N**el ne sibi auferret vel quod utilius emeret. **S**icq[ue] metet ei anxietas et timor varia cogitatio deuastabat. ut amissa omni quiete et leticia mentis. non ultra cantaret vel iocunditatem ostenderet. **Q**uod cum precepisset diues intentum sibi suum consequutum. noluit propterea amittere pecuniam suam. **S**ed post aliquos dies dicit ei diues. **H**is diebus per viam incedens. halens in eum sacculum aureorum seu bursam. nescio quod cecidit circa dominum tuum et meum maduertenter. **S**i scires vel audisses aliquid quis inuenisset uteretur bona dilectione. alias non inueniendo intendo fieri facere non solum exortationem. sed etiam inquisitionem per potestatem ciuitatis. **R**esppondit ille. Non oportet aliquid facere. Ego inueni tali die unum sacramentum aureorum. Ex quo dicas tuum esse et signa sufficientia tradidisti. accipe quod tuum est. **D**einde parcat tibi. quia cibis his diebus quibus ipsam pecuniam tenui. priuatus fui quiete. et gaudio meo solito. dedit mihi multos malos dies et malas noctes. nec quiescere potui per tumultum cogitationum. Reddita igitur pecunia cum sua perturbata reuersus est ad quietem suam et cantus suos. Cumque temporalia sunt fallacia quia promittunt quietem et non prestant. sed anrietatem et appetitum earum augent. secundum illud cris. **T**psa appositoriu[m] diuinarum auget flamam et maior fit cupidio. **I**deo qui timet trepidauerit timore et.

Tertio non est timere. §. III
dum temporalia amittere. ita quod propter hoc deus offendatur quia ipsa sunt defectibilia ad permanitionem. propter quod dicit magister veritatis. **O**batu. vi. **N**olite thesaurizare vobis thesauros

super terram ubi erugo et tinea temolif et fures effodiunt et furantur. q.d. Ideo non deletis reseruare et multiplicare temporalia ista bona et sollicitari circa ipsa timendo ne deficiant vobis. quia defectibilia sunt in se. **N**am si sunt metallum erugo et rubigo consumunt. **S**i pecunia numerata vel gema. fares potest occulte rapere. **P**ossessiones et agri et domus. domini temporales qui ut dicit Isa. p[ro]prio. sunt socii furum. effodiunt. i. diuersas occasiones inuenient. unde ea auferant. sed quia homines non curant quod temporalia multiplicent per fas et nefas nec faciunt elemosinas subuenientem indigentibus ut deberent. timendo ne sibi deficiant deus suscitat bella. immitit penurias. infirmatibus verat quibus homines temporalia consumant. vnde beatus. aug. xvi. q. i. **D**ecime. Quod non accipit christus accipit fiscus. **D**abis impio militi quod non vis dare christo. **V**erum et si certus sit quis ut tempora ei in vita non deficiant. nunquam in morte quod non tardat. aliquid de his secundum deferet. certe non. Et ideo inquit psalmus. xlviij. Ne timueris cum diues factus fuerit homo. et cum multiplicata fuerit gloria domini eius. **N**e timueris si amittere tempora. quod et diues qui habent ea tandem amittit. Et idem firmiter Job quod tamen experientia docet diues ait cum tormenterit nihil secundum affert aperit oculos suos et nihil inuenit. **D**iues hic tormentit mente alienus a consideracione dei et periculi sui. et proprie accidente ei sic tormenti. qui cum somniet se habere multas pecunias et in quietus letari et epulati subito exp[er]efactus nihil se habere eorum certiens. tristatur se illusum. **I**ta qui invenient tempora quasi somniant. cum enim estimant se permanere in eis. ex insperato subito supuenit mors que tormentio dicitur. quia resurrecturus est in fine mundi. **M**ortiens autem apert oculos mentis quos hic culpa clausit et nihil inuenit de temporalibus hic possedit. **S**ed inuenit nihil quod commisit. i. peccatum. **N**am et si actus peccati aliquod sit inquietum actus tamen in quietum peccatum nihil nulla natura est. sed defecus rationis. sicut tenebra defecus luminis. exemplum notabile ponit salvator noster in euangelio ut refert. **L**uc. c. xiiij. de quodam tuncitate qui cum ager suis vleres fructus attulisset. cepit mente estuare et timere ne sibi deficerent loca ad rep[ar]endos tantos fructus. **S**ed subito cogitatio malicie sibi respondit dicens. Scio quid faciam destruam horrea mea et maiora faciam. et illuc congregabo omnes fructus meos et dicam anima mee. Anima mea habet multa bona reposita in annos plurimos. Comede. epulare. et quiete. **C**umque ista diceret. dixit illi deus. Stulte anima tua hac nocte repetet a te scilicet demones. **Q**ue autem parasti cuius erunt. q.d. non tua non tecum portabis. sed osa tibi deficiant. **V**omit iohannes damas. similitudinem in historia iosephat

Citulus. XIII

videlicet qd in quadam ciuitate erat ista huius
vto. LIVES illius eligebat quendam ex ea rectorez
et dñm ipius ciuitatis. cum omni libertate et po-
testate. vt posset facere quod sibi liberet. et vti oī-
bus bonis ad placitum. sed transacto anno regni
sui. mittebas ad quandam insulam solus. et sine
aliquo subsidio honorum. vbi nil erat ad eū sub-
stantandū. vnde oportebat eum deficere et cito.
Cum autē quidā sagar ad tale regimen fuisse
assumptus. considerans quid sibi futur erat. qd
mittendus ad illam insulā prudenter sibi pui-
dit nā infra illū annum pluries misit ad insulā
multa et varia bona et victualia. et qui ea custodi-
ret. quo facto post animū illic directus. ex bonis
que illic destinauerat lene et copiose vixit. non p
inopia defecit vt alij qui non sibi puerunt.
Li-
uitas ista est mūndus iste in quo et si quis valeat
omnibz bonis eius vti ad placitū. tñ post vitam
eius que breuis est ad aliā vitā transire oportet
nec de his aliquid portare. potest tñc. nisi ea que
dū hic viuit illuc transmitit. scz p elemosinas
et bona opa. Opa enī illoꝝ sequunt̄ illos dicitur
Apoc. xii. 5. Onde et. be. amb. super lucam. Non
sunt hominis bona. scz ista tempalia. vera bona
non sunt que secuz afferre nō potest. Sed vt ait
beatus Laurentius tecio. facultates quas requi-
uis manū paupm in celestes thesauros deporta-
uerūt. scz elemosinas datas ab eo. Illieꝝ tre-
pidauerunt timore vbi non erat timor.

Quarto nō est tū . §. III
mēndū tempalia lāmittere. qd inqñabiliā sunt
ad transgressionē. OIaculant enī animā pluri-
bus generibz transgressionū. ppter abusum eaꝝ
ap̄terea dñs appellat diuitias iniquitatis. cum
dic̄t Luc. xv. Facite vobis amicos te maimona
iniquitatis. OIamona nomen est syriacum. vt
ait hiero. latine diuitie interpretatur. Diuitie au-
tem inique dicunt. nō qd in se sint male. sed qd
frequenter male acquirunt. vel male retinentur
Dei eis hōes male vtrunt. Onde. b. hiero. Dis
diues aut iniquus aut heres inqui. Et. b. Aug.
Permitis diuitium supbia. inde enim se maiores
alij estimant et alios despiciunt. qd palijs abun-
dant. Sed et inordinate homo asticis ad diuitias
et auare seruat. vnde. b. Aug. ad macedonū. Ja
prudenter intueamur quod scriptū est. fidelis hōi
totus mōs diuitiarū infideli ait. nec obulus.
Hōne omnes qui sibi vident gaudere pquisit
eisq; vtrinesciunt. alienū possidere cōvincimus
certe alienū non est. quod iure possidetur. Hoc
autē iure quod iuste et hoc iuste quod lene. Om-
ne igitur quod male possidetur alienū est. OIa-
le possidet qui male vtitur. Oec. be. aug. xii. q.
ut. Quid dicam vbi glo. exponit principiū hūr
auctoritatis. sic infideli id est auaro quia auari-
cia dicitur ydolorū sensitus. per similitudinē. tali-

infideli totus mundus nec est obulus. qd quasi
nil reputat. sed alie adhuc plura affectat. fidelis
aut totus mundus id est quelbet pars etiā mi-
nima eoz que sunt in mundo diuitiarū est pro-
diuitijs computat. O optere apostolus. vi. ca.
ad thi. disciplinā instruit quō diuities dēat vōcē et
cautos facere. dices Diuitibus huius seculi pi-
cipe. n̄ sublimē sapere nec sp̄are i sc̄erto diuitijs
suaꝝ. sed facile tribuere p̄unicare. scz alij res
suis t̄c. Nam qui volunt diuities fieri. incident
in laqueum magnū diaboli et temptationē. et in te-
sideria multa et utilia que mergunt hominem
interitum. Et in figuram huius dñs anarxema-
tizauit thesauros hierichō. phibens vt nullus ex
populo israel de eis aciperet. sed igni cōbureret
t̄ Josue. Ad insinuandū qd thesauro hūr mōs
di non telent transire in sortem bonorū fidelium
vt exponit gratianus. i. q. uij. 6. Sed obq̄c̄ die
richo em̄ interpretatur luna et significat mundus
mutabilem israel videns deum et significat fide-
les videntes deum nunc per fidem p̄stea p̄ spe-
ciem. Isti ergo thesauri mundi scz tempalia. in
q̄stum mūndi sunt. i. non licite habita nō debet
haberi a fidelibus. sed igni charitatis exponere.
id est affectu despiceret. ne coinqñetur ab eis.
Pec obstat qd diunes fuit valde abraam in pos-
sessione auri et argenti et animalium vt patet
in Tene. et Job magnus dominus et diunes. qd
et si diuities effecti in rebus. tamen pauperes affe-
ctu et patres pauperum. vt ostenditur in eorum
gestis. quod manifestum fuit per tentationes eo-
rum. Job in nullo turbatus ex amissione oīm.
abraam in relinquendo patriam in peregrina-
tō et habitando in papilionibus. In oblatione
filij et huiusmodi. de talibus eis concedunt omi-
nes diuitie et n̄ coinqñabiliſ. Sed quis est ille
qui inuentus ē sine macula in diuitijs qui post
aurum non abūt. ipm sequendo non deum. nec
sperauit in peccatore thesauro. quis est hic et lau-
dabimus eum. Econtra illic homines mundi
trepidauerunt vbi non erat timor. i. ratio timē
di ista amittere.

Quinto nō est timē . §. V
dum t̄p̄ alia amittere. quia sunt impeditia ad p-
fectionem. Sicut vñm est quod omnia appetit
scdm phūm in principio ethicoru. ita et vñm
qdq; appetit suā p̄fectionē. pfectus aut̄ omnis
erit. si sit sicut magister ei. ait christus Luc. vi.
Qui et mathei. xxiij. dicit. vñus est magister vel
ster christus. sed vt ait. b. aug. Omnia terrena
p̄tempit homo christus vt p̄tempenda esse mō-
straret. vbi notandū qd non ea ratione contemp-
nit pauperrimus factus ita vt nō haberet vbi ca-
put suum reclinaret. ne videlicet ex possessione
iparum rex et diuitijs traheretur inordinato af-
fecitu ad ipa vel nimia sollicitudine occuparet

Capitu. Secundum

aut a diuina contemplatione retardaref. Nihil horum poterat in eo esse. Impeccabilis enim erat dominus iesus dicit Ioh. damas. et hinc anima eius diuinitate fruebatur. Sed ideo hoc fecit. ut daret nobis exemplum et puocaret ad ista faciendis ut eum pfecte imitaremur. scies quod ista temporalia. et si non ipm. tamen nos infirmos multum retrahunt a pfectione. que consistit picipue in contemplatione et amore diuinorum. Sunt etiam ista temporalia ut vise propter amorem et sollicitudinem eorum qui viscus cum tangit pennas seu alas auium volare non possit. sed ad ima descendentes de seculi capiunt. Sic temporalia alas intellectus et affectus inficiunt et impediunt ne ad supra libere valeant auolare. Dominus saluator noster inueni qui madata implese se dixerat. et ut maiori pfectione querebat inquit ipse. si vis pfectus esse. vade vende ea quae habes et da paupibus et seqre me. Iacob. ix. Non quod ipsa pfectio consistat in ipsa paupertate et abreakuacione omnium sed quia est instrumentum valde acommodum veniendi ad pfectionem. ut determinat beatus. Quod se. se. Quod etiam firmat venerabilis Job. cassia. in coll. prima abbatis moysi. Hoc etiam intellexerunt gentiles pbi qui ut magis literi essent ad speculationes veritatis temporalia ista contemplerunt et de socrate dicit. b. hiero. xv. q. ii. gloria. Socrates ille theatrum homo quondam ditissimus cum ad philosophandum atque nas pgeret. magnum auri pondus abiecit. nec putauit se posse viutes simul et diuitias possidere. Nos sufficiunt autem ipm pauperem sequimur. et sub pteriu clemos sine pristinis operibus incubantes. quo possumus aliena fideliter distribuere qui nostra timide reservamus. Hec ille. Alius philus non fallor. anaragoras ad studium sapientie pgena in mare proiecxit pecunias quas habebat dicens. Abite male cupitatem. demergo vos ne demergar a vobis. Hoc te pluribz in genere refert lactatius in principio institut. Ultro tamen pfectius ch. isticole ista temporalia et delicias et diuitias et gloriam pcepterunt timentes ista habere non illa pdere. Nam et de. b. Antonio in vita patrum legimus. quod cum iret per desertum. et in via reperisset mastiam veri auri. quam potuisset licite accipe cum in thesauris nullus de ipm quo fuisset. sed pro brevitate esset fugit ab ea sicut a facie serpentis timens ne a cupiditate eius traheret effectus. ad monte p. ns. solitudinem querens. ut honores vitaret. et non delicias. sed austernitatem augeret. ita qui vult ad modum contemplationis et pfectionis ascendere. ut aptius et facilius agat. oportet quod onera temporalia dimittat et sursum tendat. Nec ita timeat amittere temporalia. ut perdat vel minuat eterna. sicut plurimi faciunt. qui illic trepidauerunt timore. ubi non erat timor. id. ratio timendi.

Sexto non est timor. §. VI.

dum talia amittere. quia obligatoria. Quislibet enim nostrus dicturus est christus in fine vite. sed de ratione villicationis tue. id. dispensationis circa tempalia. Quod expresse testat. b. aug. in lib. de parvulis ad petru. dicens. Domines quia rationales facti sunt. te se et te omnibus rebus quod in usum accepimus vite praeditis. ratione reddituri sunt deo. et pro suorum actuum qualitate recipiet penam aut gloriam. xv. q. i. h. Excoiam. Non ergo habet quis timere temporalibus carere. cum pro hoc teobligetur a reddenda ratione. in quo quilibet merito timere telet. cum subtilis sit illa examinatio nec quicquam iudicem superum possit latere. et pro quo libet defectu pena parata sit. In parabola de talibus variis missis a domino seruus suis. ut cum eis negotiando suplucrarent narrat. Matth. xxv. seruus ille qui vincit talentum accepit. quia non illud ad lucrum exposuit. et hoc ex timore ne illud amitteret. redargutus a domino eo priuatusdemnatus fuit. Ista temporalia bona et diuitiae et potestas seu prelatio et honores talentum a domino datum sunt. operante si licito modo habent vel pmittente si indebito. Obligatus est qui ista habet ad reddendum rationem. quoniam his viis fuerit. Et si in multis plicauerit videlicet virtuose ea disponendo. et sic inde merita augendo. sed ociosa tenuerit. non dando pauperibus. non corrigendo et instruendo subditos. si pateretur habet non dirigendo ad deum intentionem in gloria et honoribus. Utque his bonis puerat? tamen indemnabitur neglectu suo. etiam si alias bonis videatur non rapiendo aliena. non usurpando officia. non ambitiose ea querendo. Et propterea notabiliter dicit Grego. in homel. dicte euangelice parabole de talentis. Hoc lectio eius intelligi considerare nos solcite admonet. ne nos quod plus ceteris in hoc modo accepisse aliquid cemur. ab auctore mundi inde grauius iudicemur. Domini enim augent tonus. rationes etiam crescunt tonorum. id est obligationes ad reddendum rationem de usum eorum. propter quod dicit Grego. Quisquis sacerdotium. id est intelligi de platura et dignitate adipisci desiderat. prius vires suas cum eo quod subiuris est onere metiat. et si impar est abstineat. et ad id cum metu etiam cui se sufficere existimat accedat. id. q. i. Non est putanda. Non ergo debet timeri amittere. sed ad ipsa accedere. Nam ut dicitur Sapi. vi. Eriguo scidit. miscit. a. sed fortioribus fortior instar cruciatio. et iudicium turrisimum sicut his qui psum. Et dicit eriguis. quod mos dicum halet de temporalibus bonis. et quia parum recipit. de paucis halet reddere rationem. et si de liqui misericorditer puniatur. Sed fortis sunt qui mundo abundat temporalibus ut diuitiis. dignitatibus. et honoribus. et isti committunt fortia. id. grauiam peccata. timore non amittendi potentiam. dignitatem. diuitias. et honores. et ideo fortior sequitur in eis cruciatio. Unde ab abraham dictum fuit

Titulus.XIII.

Dsulti epuloni. Recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. nunc autem hic es solus. tu vero cruciaris. Luce. xvi. q. d. quia susti potes in diuitiis et dignitate. et si qua bona fecisti recepisti bona in vita tua. et pimia eorum. et ideo nunc cruciaris propter fortia peccata tua. Lazarus ut eri guus et mendicus. si qua peccata commisit. mala pena recipit paupertatis et infinitatis propter que sibi concessa est misericordia. venie. Nunc autem consolatur in requie. Sicut ergo non timet ipse homo deobligari a reddenda ratione debitis factis. sed timet obligari. cum ratio est intricata. unde haleat timere confusionem et punitiones. ita non debet timere tempalia amittere sed habere. cum de singulis hoc sit debitor et haleat reddere rationem deo. De rebar oia opera mea inquit Job sciens quod non parcer delinquenti. Qui tamen ut patitur exegesis eius omnibus tempaliis optime vtebatur. Sed mundani illuc trepidauerunt timore ubi non erat timor.

Septimo non est. §.VII.
timendum amittere tempalia. quia nocua. quis enim est ille qui timeat amittere que sibi nocent. Certe nullus. immo optat talia ab eo remoueri. Sed tempalia plurimum documenti inserunt anime et corpori. Nam ut dicit in puer. Diuitie congregate in malum domini sui de multis quotidianie audimur. quod occidunt violenter a servis suis. vel subditis suis. ut haleat diuitias eorum vel dominium. Tales semper manent in timore. qui non patitur cruciare eos ne talia amittant. Unde dyonisius tyrannus sic lie. cum quidam amicus suus laudaret eum de diuitiis et potentia beatissimi dicendo. Ille voluit per exemplum ostendere ei infelicitatem suam ex continuo timore suo. Inuitauit enim illum ad prandium suum et ordinavit quod super caput eius ubi residere halebat in conuilio amicus ille. gladius acutissimus penetreret filio eneo subtilissimo. qui non vidiceret ligatus ex solario affixo. Cumque ille loco predicto in conuilio locutus fuisse et iussione tyranni et gladii aspergisset pendente super eum. epulis varus et exquisitus appositus. vir ille cibum sumebat cum maxima anxietate timens ne momento ad momentum gladius caput eius impeteret. Videbantque ei milie animi ut cuiuslibet ita solemne finiret ut periculi evaderet inde recedens. finito itaque conuilio surgenib[us] illis mensa. interrogauit tyrannus quem ita tristis et anxius et non letus fuerat epulatioem tam solemni. Assignauit ille causam. scilicet timores calius gladii et sue inde mortis. Qui dixit. Tu ita timuisti vienius gladii periculi. quantu[m] ergo timere teleo. qui haleo non unum. sed multos gladios super me. Quoniam ergo me dicas beatum. qui deo in tanta anxietate timoris. Et cum multa iste tyrannus egisset ad vitandum pericula amissi ois tempalium. ut te nullo confiteretur. tandem ea emisit et ad inopiam deuenit. Ultra mala et aff

strictiouem huius vite in temporalibus tandem deducunt ad penas eternas propter abusum eorum. Onde Jacobi. v. Egite nunc diuities. plurate in miseris que aduenierunt vobis. diuitie vestre putrefacte sunt recte. que ibi hales. Et Lu. vi. De vobis diuitibus qui hic haleatis consolationes vestram. De importatione damnatione eternam secundum b. hierony. Illic ergo trepidauerunt timore mundano. ubi non erat timor. Et quod tempalia ista noceant anime et corpori. ostendit b. Zimb. dicens omnes cupidi. omnes avari. giesi lepram cum diuitiis suis possident. et male quesita mente te. non tam patrimonium facultatem propter temini congregauerunt eterno cruciatum et breui fructu hec ille. i. q. i. Et ordinare. Hoc uerit luna tempalia diuitiis epuloni quo ad animam post mortem. Nam quia dimisit fratribus suis quod eis abusabantur. augebatur ex hoc pena in inferno tanquam occasionem prelenti vitis illorum. et propterea petebat saltem ad fratres suos mitti lazarus. ut eos admoneret abstinere a vitis et malo versus tempalium. Non quia compateretur peditonem eorum sed sibi ipi ne augeretur pena. Illic ergo trepidauerit in mundo timore ubi non erat timor. id est iusta causa timoris. sed seu iudicium est quod Tobias admisit filium suum dicens. Noli timere fili mihi timore isto mundo. Pauperem quidem vitam gerimus. sed multa bona haleamus si timuerimus deum scilicet timore qui est tonum spissancti et abstinerimus ab omni peccato et fecerimus bene. Tobie. iiij.

De timore carnali. Capitulum. ix.

Ecundus timor dicitur humanus seu carnalis. quo se quis ita timeat incommoda carnis vel etiam mortem ipsam. quod deinceps offendit mortaliter contra aliquod preceptum faciendo. vel venialiter preferre precepta agendo. Contra quem ait salvator. Matth. x. Adolite timere eos qui occidunt corpora. et post hoc non halent amplius quid faciant. q. d. animam ledere non possunt. et ratione assignat leva. Augu. quare est repellendus iste timor. dicens. Timendo mortem carnis tue. dabitis morte animae tue. Quanta est via distractri christum tanta mors est negare ipsum. xi. q. iij. Non solum. Negatur ait christus. non solum verbis negando fidem christi. vel secessus christianum sicut fecit per cum timore mortis negauit se esse christi discipulum. Matth. viii. sed etiam factis. secundum illud apostoli ad titum. i. c. confitentur se nosse deum factis ait negant. scilicet male operando. sicut fecit aaron quod populo israel postulantibus ut faceret ei teos qui procederent eos et quos adorarent. nimis negando occiderent eum. sicut ut collegam suum iustus occiderant. quia eos arguerat te falsa stulticia ut dicunt hebrei. acquiecent eis. anulos

Capitu. Tertium

aurum quos ei ad hunc obtulerant in igne prehens
liquefiebantur. **D**onde ope diaboli subito formatus
est vitulus aureus quem adorauerunt. **F**ro. xxxiiij.
Lerte timor iste humanus mortale in eo fuit.
ut ostendit gratianus. de pe. di. q. s. opponitur. **D**e
isto timore carnali potest intelligi illud ps. luq.
formido mortis cecidit super me timor et tremor
renerunt super me. et exterunt me tenebre. formi
do mortis est principius. quod ut dicit paulus. **T**imor est
ultimo terribilium. timor ab intra quod ad alias
penas et infirmitates corporales. tremor ab extra
in membris qui manifestat interiorem. **E**t ista sunt
peccatum. quoniam veniunt super hominem. **D**icit super
me homo autem est homo per rationem. quoniam igitur tantus
est ut sit super hominem id est distractus rationi. tunc
est mortale et inde tenebre peccatorum contingunt
homini. et obscurant. sed septem rationibus abducien
dus est iste timor carnalis quod ut pena carnis cui
tetur male agitur.

Primo propter dei .§. I
voluntatem cui nos debemus conformare nec ei
possimus resistere. **D**iviso ego ait dominus per Isa.
quia filium meum stabit et omnis voluntas mea
fiet. sit voluntas dei semper vel de nobis sine
merito nostro et utilitate. cum scilicet non accordamus
cum beneplacito suo. **A**nobis. et cum merito nostro
quoniam conformamur nos cum ea. **D**ed mors et vita a tempo
deo inquit sapientia. i. **E**ccl. i. de voluntate et ope
ratio eius. **E**go occidam ait ipse. **D**eute. xxxiiij. et
ego vivere faciam percutiam scilicet infirmitate. et ego
sanabo et non est qui te manu mea possit eruere
Et sicut terminus est physis a dei voluntate de
vita et more huius. secundum illud. b. **J**ob. viiij. **C**onsi
tuisti terminos eius qui pateri non poterunt.
ita et de sanitate et infirmitate. **N**ec talibus quod
halet maximam potestate super corpora inferiora.
potuit graui ulcerare ipsum percutere **J**ob nisi licen
tiacus a domino. quin immo nec in gregem porcos in
trare et verare. nisi de voluntate et non ut haletur
Dath. viiij. **T**imere ergo mortale vel alia affigentia
corpus. ut per hoc quis deum offendit est agere
extra voluntatem dei que sanctissima et iustissima
est. **D**onde cypria. **Q**uia propter eum quodque puerum
est ut cum dei voluntatem fieri postulemus. scilicet in ora
tione dominica. cum euocat nos de hoc seculo et accer
rit. non statim voluntatis eius imperio periremus.
obnitionem et reluctamur. et puicatum more seruo
rum ante prospectum domini cum tristitia et merore perducim
ur exentes hinc necessitatis vinculo non vol
luntatis obsequio. et volumus ab eo proximus cele
stibus honorari ad quem venimus inuiti. xiij. q. ii.
Propter istum quod timore tenebre exterunt nos.
quod multa mala sunt ad ista euadenda. **S**ed ut ait
petrus in prima canonica. c. iij. **S**i quid patimini
propter iusticiam beati. **T**imore autem eorum scilicet quod infe
runt vobis molestias ne timueritis. sed sanctis

ficate deum in cordibus vestris.

Secundo timor huius. §. II

manus et carnalis est abominationis propter dei fideliter
largitatem promittit. non larga remuneratione. susti
nentibus ostenter afflictiones carnis. et morte ipsa
propter eum. **Q**ui enim odit aiem suam in hunc modo. ait
ipse in vita eterna custodit eam. **J**o. xij. **O**dit autem
quis aiem suam in hunc modo. i. secundum vitam mundalem et
criminalis. qui carnem affligit nec cruciatus abhor
ret et mortem non timet. ut propterea irritanda a christus
recedat. et iste pervenit ad vitam eternam et gloriosam.
Expectam. ait apostolus ad paulum. iij. saluatorem
nostrum dominum Iesum Christum. qui reformavit corpus
humilitatis nostrae. i. tunc afflictum et humiliatum.
corpi claritatis sue. i. corpori suo glorioso. **H**ec desider
cere potest a permissione. quod ut ait paulus. christus. fide
deus. i. verax in cibis vobis suis. solvens et im
plens perculdubio quod perans et multo largius et
abundanter quam meruerint. **N**on enim sunt dignae
passiones tempis hunc ad futuram gloriam que re
uelabitur in nobis. **A**d ro. viij. **S**up quo verbo
ait. b. aug. in sermonе fremitus modus. seuiat. mun
dus. coruscet armis increpat linguis quid facis
et ad id quod accepturi sumus. q. d. nihil est ois
cruciatus corporis respectu future glorie. **H**ac ostende
rōe pmotus. vñ ex septe fratribus cum matre sub anno
tiocho passus. nec lege est dei etiam in minimis cere
moniis transgrederentur lingua postulatus ut ei
abscederetur. aiebat. **E** celo ista posse video. et nunc
hec ipsa. s. membris propter dei leges despicio. quod ab
eo ipsa me receptus spero. **S**ed et mater eorum iaz
ser filius coram ea in membra truncatis timens deum. vñ
adhuc superstite et adolescentiori. non de morte cor
poris sed aie. ad toleranciam mortis aieauit. dicens
Detenate ut aspicias ad celum et ad terram et ad
oiam que in eis sunt et intelligas quod ex nihilo fecit
ea deus et hominem genitum. et ita fiet ut non timeas. car
mificem istum. sed dignus tuus fratribus effectus te in
illa miseratione recipiam. q. mach. viij. **S**ic et inuidus
martyr christi vicenti. cum torqueretur et grauiora
adhuc ei minarentur tormenta ad datianum tyrannum
aiebat. **O** venenosa diaboli ligua. tormenta
tua non timeo. sed hunc soli valde metuam. quo te fin
